



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et
Justitiæ, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque
omnibus in utroque Foro ...

De Fideicommissis, Primogenitvris, Et Majoratibvs

Luca, Giovanni Battista de

Coloniae Agrippinae, 1690

Disc. LXXVIII. Prænestina fideicommissi. De filiis in conditione positis ex
Statuto Urbis vocatis, An censeantur vocati ad solam portionem patris, vel
etiam ad illam patru; Et quatenùs censeantur ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74060](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74060)

PRÆNESTINA FIDEICOMMISSI

PRO.

PRINCIPE LVDOVISIO
ET CONSORTIBUS

CUM

HIERONYMO SABBO.

*Casus decisis per Rotam pro utraque
parte respectivè.*

De filiis in conditione positis ex statuto
Vrbis vocatis, An censeantur vocati
ad solam portionem patris, vel etiam
ad illam patris; Et quatenus cen-
seantur vocati ad portionem patris
defuncti ante patrem, An sit opus ut
pater talem portionem agnoscat.

SUMMARY.

- 1 *Fili series.*
- 2 *Resolutiones cause.*
- 3 *In Urbe & districtu ex Statuto filii in conditio-
ne positi censentur sine dubio vocati ad por-
tionem proprii patris.*
- 4 *Secus autem ad portionem patris.*
- 5 *Falsi ex conjecturis.*
- 6 *Item falsi si patrum prædecessori patri penes
quem totum effecta est unica portio.*
- 7 *De substitutione importante patris morientis
post patrem an procedat ad favorem filiorum
prædefuncti remissivè.*
- 8 *An ad effectum limitationis, de qua num. 6. re-
quiratur, ut pater agnoscat portionem pa-
tris.*
- 9 *Successor in fideicommissis potest agnoscere por-
tionem delatam gravato quamvis ab eo non
agnitam.*

DISC. LXXVIII.

Rutilius Sabbus, scriptis hæredibus, Aurelio,
Alexandro, & Torquato filiis, reciprocam
inter eos respectivè morientes absque filiis mascu-
lis ordinavit cum eo grossolano modo, qui concipi
solevit in parvis locis, quod scilicet unus moriatur
alteri, eorumque hæredibus, atq; omnibus ita morien-
tibus, quod succederent feminae, quibus etiam de-
fectis mandavit, ex ejus bonis construi debere in
Oppido Zagaroli ejus patria Ecclesiam prope do-
mum Congregationis Sancti Pauli decollati; Obiit
primo loco Aurelius superstitè Aurelio posthumo
defuncto absque prole, sine qua obiit deinde Ale-
xander, Defunctoque ultimo loco Torquato su-
perstitè Hieronymo filio, hic præterens factum
esse ad ejus favorem casum fideicommissi in tota
hæreditate, omnibusque portionibus, judicium in-
stituit coram A.C. contra principem Ludovisum
Domitium dicti Oppidi, ac alios possessores plu-
rium bonorum per dictos hæredes gravatos di-
stractorum, obtinuit verò immisionem in tertia

parte pro sola portione Torquati ejus patris
reliquis autem possessores fuerunt absoluti
introducenda per appellationem causa in Romam
Bevilacqua, datoque dubio, An constaret de fidei-
commissis, ad favorem dicti Hieronymi sub diebus
1662. & 23. Maji 1663, responsum fuit, constan-
ter de fideicommissis in duabus portionibus
quatuor patris & Alexandri patris defuncti abso-
lute, reservato judicio super altera portione, in
qui obiit cum filio postmodum sine filiis de-
functi.

Tres igitur fuerunt hujusmodi dispo-
sitiones in singulis dictis portionibus
quatenus pertinet ad portionem Torquati
actoris, nulla cadebat quaestio, nisi illa de-
num consentientium in nudo facto, an ellent
denter consumptæ, necne, de quo ad hunc
inspicere non pertinet, ideoque quoad etiam
sunt, Ego & ceteri scribentes pro reo, & op-
tibus dabamus manus tanquam in causa
vertibili stante clara dispositione Statuti
per quod filii in conditione positi censentur
ti, perinde, ac si per testatorem expressè
tativè vocati essent, cunque iste locus esset
bis districtum, de plano intrabat, quod
nem proprii parentis dispositio statutaria.

De portione verò Aurelii actum non
mitter, ideoque de super iudicium pro veritate
mari non potuit, in prima enim dispo-
sitione processum simpliciter fuit cum celebrati
tali processum simpliciter fuit cum celebrati
gari consil. 21. Oldrad. ut substitutio facta
fine filii, istis superstitibus expiret; sed
bentes pro actore in secunda dispositione
bant in ejusdem regulæ limitatione
conjecturis, idcirco reservatum fuit de hoc
lariter videri, atque incertum est, in casu
puncto ulterius habuerit progressionem
subsequuta concordia cum dicto Principi
visio, pro quo solum ego scribebam.

Tota igitur disputatio fuit super limita-
tione Alexandri mortui sine filiis, circa qua
& ceteri scribentes insistebamus in regula,
ubi etiam ex Statuto, vel conjecturis
tione positi censentur vocati, attamen de
tate in sola portione patris, non autem
deductis per Peregrinum art. 28. n. 19. ff. de
n. 1. & seqq. Rot. coram Gregor. dec. 377. n. 1.
p. 9. rec. & pluries in præcedentibus ac infra.

Non negabant scribentes in contractibus
regulam, ut potè certam, & inconvocabilem
sistebant verò in duplici pariter vera & con-
mitatione. Una scilicet concurrentibus con-
diversam testatoris voluntatem suam de
ductis apud Orthob. dec. 1. cum aliis in
decisionibus præsertim in prima relatis, &
quoties patris patris prædecessit, cum
nes patrem, qui in vim reciprocae delatæ
succesit sublata fuerit ista portio, cum
totumque effectum fuerit unica portio
relatis habetur apud Roias dec. 481. n. 11. &
nozettum in Rom. fideicom. de Capogallia 18. Dec.
inter suas dec. 1002. n. 5. de qua dis. seqq. & supra.

Quamvis autem prima decisio immisionem
fundat in conjecturis, ex quibus inferretur
tionem etiam in portione patris, de limitatione
totum ex deductis super hac limitatione
dec. 1. Attamen mihi videbatur labor immisionem
inspectione conjecturalium semper dubia
certa & determinata, regula dari non potest
conjecturarum pondus, & efficacia pendenda
trio, quod pro ingeniorum varietate semper

varium, dum aderat altera limitatio certa consistens in dispositione juris, cum certa, & determinata regula, ob prædecessum patris, & consolidationem utriusque portionis in patre.

Ad evitandam istam limitationem, cæteri scribentes pro aliis possessoribus fundamentum confutebant in auctoritate Decii conf. 80. n. 3. canonizata per Rotam apud Merlin, dec. 158. n. 4. Sed motivum merito rejectum fuit, cum istæ auctoritates percutiant terminos diversos successione scilicet in portione patris ultimo loco morientis absque filiis, ad quam in vim reciproca aspirarent filii alterius fratris prædefuncti, quod nil commune habet cum casu.

Admittebam ego veritatem dictæ limitationis in abstracto, insistebam verò, scribens tanquam Advocatus in cessante ejus applicatione ad casum; Fundata siquidem est in ea ratione, quod penes patrem totum effectum sit unica portio, cum tunc inter conclusio, ut gravatus restituere teneatur quicquid obtinuit ex substantia, & judicio testatoris, cadente solum difficultate in eo, quod obtinuit ex ejusdem testatoris judicio, non autem ex ejus substantia, & bonis juxta casum de quo disc. sequent. Et sic dicebam requiri, quod consummeretur dicta portio in consolidatione, ob quam efficeretur unica, quod non sequitur per solam delationem, nisi etiam subsequatur agnitio, sine qua dominium non acquiritur, neque bona, vel jura delata dicuntur de bonis nostris, cum ille, cui deferuntur possit nolle agnoscere, etiam in præjudicium creditorum ad text. in l. qui autem ff. que in fraud. cred. & habetur pluries in sua materia sub tit. de credito, ac etiam alibi hoc tit. atque in hoc more Advocatorum causæ interventium, cum magno allegationum apparatu insistebam.

Pro isto objecto removendo Rota contenta fuit solo motivo facti, subsequatur scilicet agnitionis factæ per Torquatium, sed hoc motivum non erat omnino tutum, dum dicti actus videbantur æquivoci, suasque in facto recipiebant responiones.

Sed reflectendo ad veritatem, ubi etiam de dicta agnitione non constaret, adhuc in solo puncto juris motivum mihi videbatur minus verum, ut ab initio in congressibus liberè insinuabam, quoniam cum ad fideicommissarium actorem transierit sine dubio portio Torquati patris ad ejus favorem aperta fuit dicta successio in altera portione defecta, ita huic portioni inesse dicitur jus agnoscendi dictam alteram portionem, Et consequenter, quod intraret recepta regula super transmissione fideicommissi jam purificati, quævis non agniti, tanquam agnoscendi, itaut illam agnitionem hujus portionis, quam neglexit facere gravatus, facere possit fideicommissarius ejus necessarius successor, ad text. in l. a testatore ff. de condit. & demonstr. & l. si in personam C. de fideic. & ceteris rebus Rolan. consil. 64. n. 4. lib. 3. Fusar. q. 487. n. 1. cum seqq. Concurrente in idem quoque satis probabili ratione, quod in facultate gravati repositum esse non debet supplantare fideicommissarium, atque testatoris judicium, cum sola negligentia quæ potest esse collusiva, eludere; Ideoque mihi quamvis succumbenti, resolutio iustæ, ac probabiles visæ sunt, ab initio prævisæ, itaut judicium primæ instantiæ in hac parte non placuerit, fundatum in hoc motivo non factæ agnitionis, remanente solum, ut dictum est, inspectione detractionum, quarum jure, non confitito de præcedenti consumptione, controverforum bonorum alienationes in toto, vel in parte sustineri poterant, fideicommissio non obstante, sed hoc, ut dictum est, consistebat potius in facto, quam in jure.

erant, fideicommissio non obstante, sed hoc, ut dictum est, consistebat potius in facto, quam in jure.

ROMANA FIDEICOMMISSI DE CAPOGALLIS;

PRO

GHISLERIIS

CVM

CAPOGALLIS.

Casus decisus per Rotam pro Capogallis.

An filii in conditione positi, ex Statuto vocati censeantur ad ea bona, in quibus pater successit in vim substitutionis pupillaris, aliàs quam ex substantia testatoris.

S Y M M A R I V M.

- 1 *F. Atti series.*
- 2 *Resolutio cause.*
- 3 *De regula, ut vocatio filiorum in conditione positorum intelligatur ad portionem patris, & non patris, & de limitatione.*
- 4 *Substitutio pupillaris capit etiam bona propria pupilli.*
- 5 *An substitutio ordinata per patrem inter filios capiat ea que ad heredem gravatum obvennerunt in vim substitutionis pupillaris de bonis pupilli.*
- 6 *Quod inter inæquales in ætate non detur pupillaris directæ remissio.*
- 7 *An id quod habetur num. 6. de substitutione expressa procedat in ea que subintelligitur à Statuto ad favorem filiorum in conditione positorum.*
- 8 *Quod Statutum contineat etiam sub se vulgarem directam, vel anomalam.*

D I S C. LXXIX.

IOannes Baptista Capogallus instituit Jo. Baptistam nepotem cum substitutione sine filiis, hic autem instituit Jo. Petro, Marco, & Jacobo filiis reciprocam inter eos ordinavit, quorum primus obiit Marcus in pupillari ætate, deinde Jacobus absque prole, ac demum Jo. Petro, superstitibus Alexandra & Hortensia, quæ tanquam filiæ in conditione positiæ, & à Statuto Urbis vocatiæ judicium immisionis instituerunt contra Ghislerios & alios possessores bonorum ab utroque testatore possessorum, per dictos Jacobum & Jo. Petrum distractorum, & introducta causa in Rota coram Duno-zetto sub die 18. Junii 1677. actricibus resolutio favorabilis prodiiit, ut patet ex decisione 1002. inter ejus impressas, ad ejus limites prodiiit sententia canonizata etiam per Signaturam in vim Egidianæ, denegando appellationem suspensivam, undè de facto, vel per concordiam lis finem habuit.

Ego non scripsi in Rota, sed solum pro Ghisleris in Signatura, in ejus Tribunali dicuntur gravamina quomodocunque resultantia, ad effectum,

R 2

Cardin. de Luca de Fideicommissis.

LUCA
de
mentis
cat.
VI
9